

## NOTE E DISCUSSIONI

### MESSAGGIO DELLA FACOLTÀ DI FILOSOFIA DELL'UNIVERSITÀ CATTOLICA DEL SACRO CUORE ALLO "INSTITUT SUPÉRIEUR DE PHILOSOPHIE" DI LOVANIO IN OCCASIONE DEL CENTENARIO DELLA NASCITA DEL CARD. D. MERCIER

Per partecipare alle onoranze rese all'indimenticato, compianto card. D. Mercier l'Università cattolica del S. Cuore ha mandato un messaggio che riteniamo opportuno riprodurre e che dice i nostri pensieri e i nostri sentimenti:

CLARISSIMO SUPERIORIS ORDINIS  
ACADEMIAE PHILOSOPHICIS  
STUDIIS PROVEHENDIS  
PRAESIDI IN LOVANIENSI ATHENEO,  
PHILOSOPHORUM COLLEGIUM  
CATHOLICAE STUDIORUM  
UNIVERSITATIS A S. CORDE JESU  
s. p. d.

*Saecularem annum ex quo lucem vidit, lucem ipse quasi ardens ignis in aetatis suae tenebras prolaturus, eminentissimus S. R. E. Card. DESIDERATUS MERCIER vir pietate doctrina gravitate inter omnes insignis, magno animi gaudio salutatur Catholica Studiorum Universitas a S. Corde Jesu.*

*Quae, cum omnia tanti viri opera verba exempla summa admiratione digna videat ducatque, tribus praesertim de causis eius nomen celebrandum non solum universis christiani nominis philosophis indicat, sed omnibus quibus cordis sint ipsa humanae vitae atque communitatis principia.*

*Primo quod in philosophia ad mentem Thomae iterum adducenda omnem posuit curam atque operam, litterarum encyclicarum « Aeterni Patris » praecepta toto corde amplectatus, quorum sapientia temporum cursum rerumque commutationes supergressa nostra quoque aetate viget claretque.*

*Secundo quod immani ab. a. MCMXIV ad a. MCMXVIII bello Europam fraterna caede vastante contra Teutonicam rabiem impavidus restitit primus inter populi sui viros atque iustitia sacrosanta iura opere et verbo tenacissime adseruit, sanctissimorum officiorum conscientiam nulla externavi posse coerceri firmissime inter tempestates ostendens.*

*Denique quod interioris quae dicitur vitae praeclarus fuit magister, quam Augustinum secutus non ipse tantum adamavit sed et ut omnes adamerent validissimam dedit operam.*

*Studiorum Universitas Catholica a S. Corde Jesu cuius natalem atque infantiam Eminentissimus Card. DESIDERATUS MERCIER votis et consiliis prosecutus est, in tanti viri memoria colenda cum Catholico Lovaniensi Athenaeo toto consentit animo.*

Mediolani Kal. Jul. MCMLI.

PRÆSES  
SERGIUS MOCHI ONORY

RECTOR  
FR. AUGUSTINUS GEMELLI O.F.M.